


SANCTISSIMI
DOMINI NOSTRI
BENEDICTI
PAPÆ XIV.
BULLARIUM.
TOMUS PRIMUS,
IN QUO CONTINENTUR
CONSTITUTIONES, EPISTOLÆ,
ALIAQUE EDITA
AB INITIO PONTIFICATUS
USQUE
AD ANNUM MDCCXLVI.

Editio recentior auctior & emendatior.



ROMÆ,

Excudebat HIERONYMUS MAINARDI.

Expendit BARTHOLOMÆI OCCHI Veneti.

M D C C L X .



BENEDICTUS XIV.
PONT. OPT. MAX.
LITTERARUM MAGISTER ET PATRONUS.

Antonius Baratti scul.

A NNO beratione Nostris, eamdem, Apostolica auctoritate, 1745.
Sub pena firmamus, illique inviolabilem Sancti Nostræ firmitatem & robur adjicimus. Decernentes, & eadem auctoritate statuentes, quod gratia & concessiones Apostolica alterutri ex Secretaria Brevium, & Data-
ria praedictis privata, ut præmissus, attributa, si quas forte per alterum ex dictis Officiis, contra hu-
jusmodi partitionis & divisionis prescriptum, expedi-
ri quandocumque in posterum contingat; necnon ip-
se Literæ Apostolicæ super iisdem confectæ, nullita-
tis & invaliditatis vitio subjaceant: prout nos illas ex
nunc, propter ex tunc, & e contra, tamquam non
rite & legitime, seu etiam nullo modo expeditas,
processusque forsitan habitos vel habendos per easdem
cum omnibus & singulis inde quomodolibet secutis
& sequendis, dicta Apostolica auctoritate, ipsarum
tenore presentium, annullamus, irritamus, & invali-
damus, neminiisque ad quemcumque effectum ulla-
tenus suffragari posse decernimus.

Jubet supplicaciones di-
rigi ad quem

§. 9. Quamobrem iisdem Dominico Cardinali, &
Magistro Joanni Jacobo Datario, eorumque pro tem-
pore in munib[us] hujusmodi respective Successori-
bus, per easdem presentes districte præcipimus & in-
jungimus, ut ipsi in posterum in querircumque gra-
tiarum & concessionum Apostolicarum expeditione,
superius prescriptam divisionem & partitionem pra-
oculis habentes, eam firmiter obseruant, ac ab omni-
bus & singulis sibi respectivo subjectis Personis, Of-
ficialibus, vel Ministris inviolabiliter observari faci-
ant. Et pro hujusmodi observantia, omnes & qua-
cumque petitiones, aut supplications pro impre-
tatione gratiarum in alterutro ex dictis Officiis per So-
licitatores Agentes, negotiorum Expedidores, aut a-
lios quoquaque, contra prescriptas petitionis nor-
mam, forsitan porrectas & presentatas, seu quando-
cumque porrigerendas & presentandas, ad alterum ex
eisdem Officiis, ad quod, juxta præmissa partitionis
continentiam, pertinere dignoscuntur, fideliciter diri-
gant, & remittant: Non obstantibus aliis quibuscum-
que ipsarum petitionum, aut supplicationum remi-
tentiis, quæ forsitan ab alio quilibet ex Nostris Ad-
ministris & Officialibus, etiam a Secretaria Nostra
supplicum Libellorum, ac Nostro & Romani pro
tempore Pontificis nomine, ac etiam a quacumque
ex Congregationibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Car-
dinalium emanaverint, vel extortæ fuerint. Nos enim
remissions ejusmodi, contra memorata partitionis pra-
scriptum quomodolibet pro tempore emanatas, vel
obtentas, nisi illæ de speciali Nostro aut Successorum
Nostrorum mandato, expressam ipsarum præsentium
derogationem contineant, tamquam per errorem fa-
ctas, sive per subreptionem aut obreptionem obti-
nas, ab ipsis Brevium Secretario, atque Datario, eo-
rumque Successoribus praedictis, omnino spernendas,
& nullatenus attendendas fore declaramus.

Clausula
salutares.

Derogatio-
nes.

§. 10. Praesentes quoque Literæ de subreptionis,
obreptionis, aut ejuscumque nullitatis vel invalidita-
tis vitio, intentionisque Nostræ, ac quocumque alio
defectu, etiam ex eo, quod in præmissis quomodolibet
interesse habentes, vel habere prætendententes, illis
non consenserint, ac ad ea vocati, & auditæ non
fuerint, vel quocumque alio colore, prætextu, occa-
sione, vel causa, a quoquam notari, impugnari, in
iust vel controversiam revocari nullatenus unquam pos-
se, sed eas semper & perpetuo validas, firmas, &
efficaces esse & fore, sive plenarios & integros
effectus sortiri & obtineri, ac ab omnibus & singu-
lis, ad quos spectat & spectabit quomodolibet in fu-
turum, inviolabiliter observari: Sicque & non aliter
in præmissis per quoquaque Judices Ordinarios aut
Delegatos, etiam Caesareum Palatii Apostolici Audi-
tores, ac praedictæ Sanctæ Romanæ Cardinales, &
alios quoquaque quavis auctoritate & potestate fun-
gentes & functuros, sublata eis & eorum cuiilibet
quavis aliter judicandi, declarandi, & interpretandi
facultate, judicari, declarari, & interpretari debere,
& si fecis super his a quoquam quavis auctoritate
scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum
& inane decernimus.

§. 11. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus
& Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit,
de non tollendo jure quæsito, aliisque Nostris & Can-
cellaria Apostolicæ Regulis, necnon Privilegiis In-
dultis, facultatibus, & Literis Apostolicis ejusdem

Pontificali Secretario, ac Datario seu Pro-Datario pro tempore existentibus, quomodolibet, & ex quacumque causa hic forsitan de necessitate exprimenda, re-
spective forsitan concessis, approbatis, & innovatis,
usibus quoque, stili, tolerantis, permissionibus, & consuetudinibus etiam diuturnis & inveteratis, in contrarium præmissorum quomodolibet forsitan facientibus, vel extantibus. Quibus omnibus & singulis, illorum omnium & singulorum tenores letiam veriores praesentibus pro plene & sufficienter expressis, & inferis habentes, illis alias in suo labore permanfaris, ad præmissorum effectum, specialiter & expresse, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, deroga-
gamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 12. Nulli ergo omnino Hominum liceat pagi-
nam hanc Nostræ approbationis, confirmationis, con-
stitutionis, irritationis, annulationis, præcepti, statuti,
& voluntatis infringere, vel ei ausu temerario
contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit,
indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri,
& Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. die 26.
No. 1745.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno
Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo qua-
dragesimo quinto, sexto Kal. Dec. Pont. Nostri An-
no Sexto.

D. Card. Passeus,

J. Datarius.

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

L. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

Public. die 9. Decembris ejusdem anni.

CIVIUM ROMANORUM

CXLVI

Gradus certa ratione distinguuntur: Nobilium Ordo,
& Nobilium Conscriptorum numerus designatur;
ac methodus præscribitur in cooptatione aliorum
Nobilium deinceps servanda.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

URBEM Romam Imperii quandam amplitudine Exordium,
toto Terrarum Orbe clarissimam, nunc autem Pontificis studiis de
Sacerdotalis fastigii Sede, atque præcipuo religionis Urbis utili-
domicilio, longe clariorem, dum in subeundo Sa-
crofanti Apostolatus onere, una cum reliquis Eccle-
siasticæ Ditionis Civitatibus & Provinciis, in pote-
statem & fidem Nostram reciperemus; statim intel-
leximus id Nobis negotii datum esse, ut eam impe-
rio Nostro non modo tutam atque beatam, sed eti-
am honestam atque omni ex parte illustrem, qua-
cumque in Nobis esset, servare & præstare nitremus.
Quod quum, pro singulari Nostro erga eandem Al-
lam Urbem amore, vel potius pietate, ab ineunte
etate animo Nostro concepta, ac toto vita cursu
in ipsa plerumque Urbe a Nobis honorifice jucunda-
que transacto, in dies aucta & confirmata, libenter
curandum, & pro viribus efficiendum suscepimus;
difficile dictu est, & tamen aliqua etiam ex
parte satis cognitum atque testatum, quot & quam
affidias curas, cogitationes, expensas, in dupliciti
hujusmodi propositi Nobis Officii scopum ad hunc
diem conferre debuerimus. Quoniam vero assumptum
paterno studio opus non intermittere, sed ad finem
usque urgere & promovere, auxiliante Domino, fir-
mum & constitutum habemus; nunc unum potissimum,
ad conservandum augendumque ipsius Urbis
Nostræ splendorem & decus, in illius constitutione
reformandum Nobis esse, atque emendandum statui-
mus; quod plures mirati sumus, non satis distinctos dines in Ur-
be aperte diligenter
discutimus;

Civium On-
be aperte
discutimus.

Et sane in omnibus recte constitutis Civ-
itatibus hujusmodi Ordinum & graduum distingui-
tam municipalium Legum & Statutorum præscripto,
quam ipsa Principum voluntate & auctoritate dili-
gentissime custodiri, atque servari consuevit: idque
ad utilitatem & decus Reipublicæ magnopere pertinere
exi-

PON. A. VI.
exsistimatur; propterea quod hominum animis id veluti insitum arque innatum videtur, ut si qua potissimum laus in Familia aliqua floraret, hanc fere qui sunt ejus stirpis, vel ipso natura ducata, vel patriæ virtutis memoria & sermonibus hominum excitati, cupidissime prosequantur. Quapropter non solum decere, sed etiam expedire judicavimus hujusmodi certam in Romana Urbe distinctionem Ordinum a Majoribus neglectam, aut multis modis, hominum fraude, turbatam, accuratiū stabilire.

Confilia hac de re habita.

§. 1. Cumque magis aptam viam, atque rationem ad investas pridem inordinationes tollendas, simulque in posterum praecavendas, inire cuperemus; mandavimus dilecto Filio Nostro Prospero Sancti Georgii in Velabro Sanctæ Romanæ Ecclesie Diacono Cardinali Columna nuncupato, ut ipse cum dilectis Filiis tunc existentibus Conservatoribus Cameræ Urbis predistet, & quatuor præterea Romanis Civibus Nobili loco natis, prudentia & rerum usu præstantibus, a Nobis designatis; de tora re maturo confilio deliberaret. Is vero, prædictis omnibus plurimum memorem spatio frequenter coram congregatis, atque audiitis, quum totum sententias diligentissime enucleatas atque digestas, iudicio Nostro detulisset; Nos dehinc, omnibus libratis atque perpenitus, motu proprio, & certa scientia, infra scripta mandata atque præcepta inviolabilitatem posterum observanda, ad perpetuam Urbi dignitatem afferendam, Apostolica potestatis plenitudine edere atque facere decrevimus.

§. 2. Cum itaque, sicut accepimus, plures olim fuerint, & nomini adhuc forsitan existant, qui ad eis tantummodo Romanæ Civitatis iuribus, se tamquam de Nobiliis Romanorum Coetu jastrare, atque etiam in publicis Actis, & scriptis, seu monumentis, hujusmodi Nobilium titulo & nomine semetipos decorare, & ab aliis compellari facere non dubitaverint; freti fortasse aliqua expressionum & clausularum exuberantia, qua in concessa sibi Civitatis Diplomatibus honestari, & cumulari meruerint; Nos in primis determinimus atque statuimus, nemini licuisse, aut licere, Nobilis Romani gradum aut honores & privilegia, sibi arrogare, quem constet a Conservatoribus pro tempore Cameræ Urbis prædictæ Roma na tantummodo Civitate donatum fuisse, neque deinceps ad superiores honores ut infra, ascendisse; sed illos dumtaxat, & non alios, pro veris Nobilibus Romanis nunc quidem haberi volumus, & reputari, quorum infra seriem & qualitates exhibemus; non obstante quacumque hujusmodi nominis usurpatione, vel prætena etiam longissimi temporis possessione, seu quasi; & non attenta qualibet expressionum amplitudine aut clausularum exuberantia, qua in eorum receptionis Diplomatibus, etiam ipsorum, vel Primo genitorum suorum meritorum intuitu, adscripta, inserta, seu adjecta fuerit; quamquidem ipsis decernimus nullum tribuere gradum majorum ea Civitate, quam ex ipsis Cameræ Capitoline Tabulariis, in qua successivis temporibus, de mandato Concilii Generalis, nomina Civium adscriptorum sive creatorum referuntur, eisdem concessam fuisse dignoscitur. Quapropter volumus & mandamus, novum confisi Librum, seu Regestum, in quo omnium hujusmodi creatorum Civium nomina, sub simplici Civium Romanorum denominazione & titulo describantur; atque hujusmodi dumtaxat Librum, seu Regestum, de cætero attendi debere; Nullatenus vero prefata Diplomata; quæ omnia & singula, pro eo quod pertinet ad Patriciatus; sive Nobilitatis concessionem in ipsis forte enunciatam, prædictis meritis, scientia, atque auctoritatis Nostræ plenitudine annulamus, & irritamus, & nemini ad hujusmodi effectum, sive ab nobilitatis probationem, ullibi, aut ullo unquam tempore suffragari decernimus.

Diplomata Nobilitatis contra formam Decreti concessa annullantur.

Qui Nobiles Romani habendi sunt.

§. Porro Nobilitatis Romanæ gradum & honores nisi tantummodo jure competere, ac in posterum deferriri volumus atque statuimus, qui vel ipsi, vel ipsorum Progenitores ad hunc diem, Conservatorum Cameræ Capitolinae, aut Priorum Capitum Regionum Urbis, Officia & munera gessisse comperti fuerint; aut qui deinceps ad eandem Romanam Nobilitatem rite admitti, & prædictis probationibus, ut infra, faciendis, adscripti fuerint. Quia de re quum ad habendam certam eorum seriem, qui prædictis Conservatorum aut Priorum muneribus atque honoribus hucusque functi fuerunt, Libros, & Fastos Capitoli.

Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. I.

nos accuratissime inspici & describi jussierimus; infra scriptæque Familia Civium Nobiliuum tam Romanæ, quam aliarum Civitarum Italicarum, repertæ fuerint; Nos easdem Familias ad hujusmodi munera & honores olim admissas, quarum scilicet descendentes masculos, five feminas extare accepimus, presentibus Notis Literis adnotamus.

4. EARUM IGITUR SERIES HÆC EST.

Elenchus Familiarum requisitis qualitatibus gaudentium.

Abatti.	Florenzi.
Acciajoli.	Fonseca.
Accoramboni.	Frangipani.
Alberici.	Gabrielli.
Alberici.	Gabrielli.
Alberici.	Galli.
Aldovrandi.	Gavotti.
Amadei.	Genga.
Americi.	Genili.
Androfilla.	Ghislieri.
Androfilla.	Ginnasi.
de Angelis.	Giori.
Anguillara.	Gottifredi.
Annibali.	Grassi.
Antamori.	Grillo.
Aquilani.	Gualtieri.
Astalli.	Incoronati.
d' Asti.	Inghirami.
d' Asti.	Lancetta.
degli Atti.	Lercari.
Baldassari.	Maccaroni.
Benivogli.	Mecchiavelli.
Benivogli.	Mandosi.
Bernardini.	Manfroni.
Bernini.	Mantica.
Bichi.	Marciano.
Boccapaduli.	Marcolini.
Bolognetti.	Marisogli.
Bonaccorsi.	Massimi.
Bonarelli.	Melchiorri.
Bonnechi.	Mellini.
Bufalini.	Mignanelli.
del Bufalo.	Molara.
Buratti.	del Monte.
Buffi.	Montecatino.
Butii.	Moroni.
Caccia.	Muti.
Caffarelli.	Muri.
Capizucchi.	Nari.
Capponi.	Negrone.
Capranica.	Nunez.
Carandini.	Nunez.
Cardelli.	Nuxi.
Carpegnà.	Olivieri.
Cafali.	Olgiali.
Cavalieri.	Origo.
Cavalletti.	Orlini.
Caucci.	Ottieri.
Cellefi.	Palagi.
Cenci.	Paleotti.
Cenci.	Palombara.
Cerri.	Papi.
Ceva.	Paracciani.
Chigi Montoro.	Parenzi.
Ciccolini.	Passerini.
del Cinque.	Passionei.
Ciogni.	Pavizj.
Cirri.	Petroni.
Collicola.	Pierleoni.
Colonna.	della Porta.
Correa.	Raggi.
Cottaguti.	Rasponi.
Cremona.	Ravenna.
Crescenzi.	Ricci.
Curti.	Roberti.
Dandini.	Rocchi.
del Drago.	Rocci.
Eustachi.	Rondanini.
Fagnani.	Rosolini.
Falconieri.	de Rossi.
Fani.	de Rossi.
Fantuzzi.	Sacchetti.
Febei.	
Filonardi.	
Fioravanti.	

ANNO
1745.

Sacrom.
Sacriponti.
Sampieri.
Scarlatti.
Serlapi.
de Signoribus.
Sinibaldi.
Sodeuni.
Sorbolonghi.
Spada.
Stati.
Tanara.
Tarugi.
Theodoli.
Testa.

Tefta Piccolomini.
Tibaldeschi.
Tonati.
Torres.
Varani.
Vecchiarelli.
Veniglioli.
Veroſpi.
della Vetera.
Vettori.
Vigaschi.
Vitelleschi.
Zambecari.
Zizanni.

Olgiali, Joannes Baptista.
Origo, Vincentius.
Orfini, Benedictus.
Ottieri, Lotarius.
Palombara, Maximilianus.
Patrizi, Patritius.
Petroni, Alexander.
Raggi, Thomas.
Ricci, Julius.
Sacchetti, Joannes Baptista.
Sampieri, Joannes Baptista.
Serlapi, Hieronymus.
Soderini, Nicolaus.
Spada, Clemens.
Teodoli, Hieronymus.
Veroſpi, Hieronymus.
Vettori, Franciscus.
Vitelleschi, Franciscus.

§. 5. Itaque volumus & mandamus peculiarem quendam Librum, seu Regestum confici in Capitulo confici lino Tabulario deinceps afferendum, in quo cum & servari juxta affidenti, Dilectorum Filiorum Conservatorum Cameræ prædictæ, & Prioris Capitulum Regionum Urbis nunc & pro tempore existentium, per manus Dilecti pariter Filii nunc & pro tempore existentis Scribae Senatus Participantis nuncupati, describantur tam omnes & singuli præmissi, quam alii deinceps in Civium Nobilium Romanorum ordinem rite, ut infra, cooptandi.

§. 6. Præterea motu, scientia, & petestate similibus, ex Familia superius enunciatis certum & constantem numerum sexaginta Familiarum, & non ulteriorum Conscriptorum designari volumus, quas quidem Nos pro prima vice, ut infra, designamus; quæ Familia Civiam Nobilium Romanorum Conscriptorum appellari debent, quæque per manus prædicti Scribae Senatus, & cum affidentia, ut supra, describantur, in alio peculiari Libro, in Archivo Capitolino pariter affermando; earum vero nomina Tabellis, seu Chartulis inscripta in Urnæ quadam, vulgo *Bufolo*, includantur, ad effectus infra dicendos.

§. 7. Nomina igitur Familiarum Civium Nobilium Romanorum Conscriptorum, quæ a Nobis designantur, sunt quæ sequuntur.

Accoramboni, Marius.
Anguillara, Carolus.
Astalli, Tiberius.
d' Aste, Franciscus.
d' Aste, Mauritius.
Bichi, Carolus.
Boccapaduli, Petrus.
Bolognetti, Jacobus.
Bonarelli, Petrus.
del Bufolo, Hyacinthus.
Bussi, Raynerius.
Capizucchi, Marius.
Capponi, Alexander.
Capranica, Camillus.
Cardeli, Antonius.
Carpegna, Franciscus.
Casali, Alexander.
Cavalieri, Emilius.
Cenci, Virginius.
Cenci, Christophorus.
Geva, Hortensius.
Chigi Montorio, Joannes.
Casteguti, Joannes Georgius.
Crescenzi, Virgilius.
del Drago, Paulus.
Falconieri, Horatius.
Filonardi, Scipio.
Frangipani, Pompejus.
Gabrielli, Angelus.
Gabrielli, Antonius.
Gavotti, Stephanus.
Graffi, Marcus Antonius.
Maccarani, Joseph.
Mariscotti, Horatius.
Massimi, Gemillus.
Massimi, Franciscus.
Melchiorri, Joannes Baptista.
Mignanelli, Jacobus.
Molara, Terentius.
Muti, Innocentius.
Muti, Vincentius.
Nari, Fabritius.

§. 8. Ut autem in posterum nulli licet indigno in Civium Nobilium Romanorum Tabulas irreperere, Ratio seruanda in edictione Nobilium. gnatus aliquis ejusdem Urbis, sive alterius Civitatis scriptio- Civis, petierit se, suamque Familiam in hujusmodi Nobilium Romanorum Ordinem adscribi; volumit, ut quatuor ex praefatis Nobilibus Conscriptis, quorum nomina singulis vicibus, scoram Conservatoribus, & Regionum Priore pro tempore existentibus, a Scriba Senatus Participantem ex predicta Urna forte extra- feraint, qui nimurum in hujusmodi respective Familias personam capitum gerere dignoscantur, damnatio- dixitramen xx. etatis sue annum expleverint, ipsius postulantis, ejusque Familia conditions & qualitates diligenter inquirant, ac de iis ad Congregationem ex infra scriptis personis compositam, nimurum ex tribus pro tempore Conservatoribus prædictæ Cameræ, & Priore Capitulum Regionum Urbis, necnon duobus Sindicis, ipsique quatuor Nobilibus Conscriptis, ut supra, extractis, & Scriba Senatus Participantem, dummodo is ex Civium Nobilium Romanorum cœtu exifiat, (cui quidem Congregationi privativum jus & auctoritatem cognoscendi de hujusmodi Nobilium receptionibus harum serie perpetuo attribuitur), exactissime & verissime referant. Quod si ab hujusmodi postulante per authentica documenta probatum fuerit, tam suam, siveque Patris stirpem, quam Matris, & Aviæ paternæ, atque maternæ Familias, integrum centum annorum decursu, sive Romæ, sive in aliis Civitatibus, ut supra, in Nobilitatis splendore & juriis versatas esse; vel etiam, quod attinet ad Familias Matris, aut Aviæ paternæ, sive maternæ, eas de numero Familiarum Nobilium Almae Urbis prædictæ, juxta præsentium Litterarum tenorem & dispositionem, existere; atque haec omnia, iis, qui prædictam Congregationem constituent, majori scilicet iporum numero per secreta suffragia in affirmativa consentiente, probata fuerint; tunc volumus ipsius postulantis nomen, eadem Congregatione præsente, per manum prædicti Scribae Participantis, Civium Nobilium Romanorum Albo adscribi; ejusdemque receptionis decretum, una cum omnibus authenticis monumentis ad Nobilitatis probationem ab eo prolatis, in Tabularium Capitolium inferri. Publicum vero Diploma Nobilitatis Roma- na eidem concessæ, juxta formam inferius præscribendam, confici, ipsique nuper adscripto tradi mandamus.

§. 9. Nec alia prorsus ratione agendum esse de- cernimus, quoties, deficiente aliqua ex Familia Nobilium Conscriptorum superius enunciatis, aliam in eum numerum deinceps adscripsi oporteat. Volumus nimurum, quatuor, ut supra, ex praefata Urna extra- hi, qui postulantum qualitates, & probationes ab his afferendas, examinent, & ad prædictam Congregationem de præmissis judicaturam distincte referant; ad hoc ut illius nomen, qui dignus habitus fuerit in locum vacantem subrogari, in praefato peculiari Libro adscribatur, Urnaque prædicta includatur; ac documentis ab eo productis, Decretoque desuper condito, in Archivium relatis, ipsius Decreti exemplum, juxta aliam formam inferius pariter præscribendam, eidem expediatur. Verum, ut quis, eveniente hu- jusmodi loci vacatione, in numerum Civium Nobilium Conscriptorum recipi valeat, hoc insuper requiri- mus, ut nempe ipsius Familia inter Nobiles Ro- manas, jam pridem adscripta sit, & fixum in ipsa Urbe.

PONT. Urbe Domicilium habeat; ac præterea illibatam ducentorum auctorum, tam in paterna, quam in materna, & Aviæ paternæ, maternæque stirpibus Nobilitatem, authenticis, ut supra, probationibus demonstret; Si quis autem requisitus probationes quoad paternam Familiam perficerit; Matrem vero suam, vel Aviam paternam, sive maternam, ex aliqua ex Familia Nobilium Conscriptorum esse aut fuisse demonstret, nolumus alias ulteriores probationes, quoad hujusmodi Maternæ, aut alterius Aviæ Familiarum nobilitatem, ad effectum de quo agitur, ab eo requiri. Quod si inter eos, qui se posterosque suos in deficiens Familia locum subrogari petierint, aliquis sit, qui ex eadem gente, diversa stirpe, originem ducere se ostendat; volumus hunc modo nullam in sua stirpe labem contra requisitorum Nobilitatis candorem contraxerit, ceteris omnibus postulantibus anteferri. Eos vero, qui non ex defectu probationum repulsam tulerint, sed propter debitam alteri prælationem, in certum illum atque constantem Nobilium Conscriptorum numerum admitti nequivent, eveniente alterius loci vacatione, apud onere novas conficiendi probationes absolvimus, dummodo relatis in Archivo Capitolini probationibus semper recognitis & approbatis, neque se postmodum, neque Familiam suam dedecore illo, aut imparis affinitatis contractæ vitio, fecundam fuisse demonstrent.

§. 10. Qui vero sunt Nobilitatis tituli, quibus tam persone, quam Familia illustrantur; quæ probationes legitimam fidem facientes; quidve dicendum sit Familiarum Nobilitati officere, earumque splendorem obscurare; id ex juris communis, Statutorum, & Constitutionura, et que Ordinationum Apostolicarum prescripto colligendum, & judicandum decernimus; mandantes, ut Familia Romanorum Pontificum Successorum Nostrorum in Petri Cathedra pro tempore sedentium, predicto Civium Nobilium Romanorum Ordini, nullis requisitus probationibus, quamprimum adscribantur.

§. 11. Ut vero hujusmodi Nobilium Romanorum Ordinis decus, adeoque ipsius Urbis dignitatis, firmius stabiliusque constuant, hoc speciali Privilegio universum Civium Nobilium coetum Apostolica liberalitate donamus, ut ne quis in posterum ad Officia & Munera Conservatorum Cameræ Capitolinae, aut Prioris Capitum Regionum Urbis, vel Magistrorum conferenda Viarum, sive Consilium Artis Agriculturae, vel demum Curatorum publicorum Edificiorum Urbis, Fabriciorum instauratorum, a Nobis institutorum, eligatur & deputetur, neque in numerum quinquaginta Consiliariorum Sede Apostolica vacante assumatur, nisi de Civium Nobilium Romanorum superiori enunciatorum, aut deinceps sive adscriptorum, Ordine & cetera existat; Si judeci vero, qui a Conservatoribus praeditis in eorum Congregatione Economica pro tempore eligi & deputari debent, consuetis modo & forma extrahantur ex praedita Nobilium Conscriptorum Urna, quam quidem subrogari mandamus loco alterius cuiuscumque Urnae, seu Buffolo, hactenus ad hujusmodi effectum exhibiti. Mandantes propterea Ven. Fratri Nostro Annibali Episcopo Portuensi, S. R. E. Cardinali Sancti Clementis nuncupato ejusdem S. R. E. Camerario, neconon Dilecto Filio Nostro Sylvio Tituli Sanctæ Prisca ipsius S. R. E. Presbytero Cardinali de Valentibus etiam nuncupato Nostro Secretario Status, ipsique Dilectis Filiis Conservatoribus Cameræ Urbis praeditæ, & Priori Capitum Regionum, eorumque in praeditis Officiis & Muneribus respective Successoribus, aliisque omnibus & singulis, ad quos spectat, seu pro tempore spectabit in futurum, ut in praefatis Electionibus & Deputationibus, hanc Decreti Nostri formam præ oculis habeant, & adamassim observent.

§. 12. Demum quod pertinet ad creationem: Civium Romanorum, volumus, ut ea, quæ in Statutis ejusdem Almae Urbis a fel. record. Gregorio Papa XIII. aliisque Praedecessoribus Nostris, approbatis & confirmatis, circa largitionem & communicationem Civitatis hujusmodi, praescripta sunt, exacte perpetuo serventur & impleantur.

§. 13. Per hæc autem, quæ ad congruam certamque Civium Nobilium in Urbe Roma distinctionem, eorumque Ordinis decus, provide statuimus, non intendimus peculiare aliquod Corpus, seu Collegium, aut Magistratum Civium Romanorum Nobilium, vel

Nobilium Conscriptorum, erigere aut constituere, cujus aliqua esse debeat in Urbe jurisdictione, jus, & auctoritas, extra præmissa; quodque Tribunal aliquod, seu peculiare Sigillum, aut Archivum habere valeat, & retinere; neque de aliis quibuscumque rebus Decreta condere, aut publicare; vel ullum imperii actum in Officiales, & Ministros Cameræ Capitoline, sive in alios quoscumque, exercere: Sed ipsius Cameræ Capitoline, ejusque Tribunalium, & Officiorum regimen, eodem, quo ad hunc diem, modo, & forma, administrari jubemus. Atque insuper non alios in Consilio Generali (consuetis tantummodo temporibus, & occasionibus, convocabando) adesse, aut suffragium ferre permittimus, præter eos, quos retroactis temporibus hujusmodi jure pro tempore gavilos esse dignoscitur: Districte inhibentes, ea lege, quæ de Majestate est, ne ipsi predicti Civites Nobiles, aut Nobiles Conscripti, conventus communes habere, aut in Consilium, sive in Congregationem, extra casus, & præter numerum superius enunciatos atque praescriptos, convenire, vel aliqua communione statuere aut decernere, sine previo Nostro, & Successorum Nostrorum assensu & benedictio, ullo unquam tempore possint, aut valeant.

§. 14. Decernentes easdem praesentes Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod omnes vel singuli supradicti, ac alii quicunque in præmissis quomodolibet ius vel interesse habentes, seu habere prætententes, cuiusvis status, gradus, ordinis, præminentia, vel dignitatis, etiam Sanctæ Romanae Ecclesie Cardinales predicti, seu alias specifica, & individua mentione, & expressione digni existant, eisdem præmissis non consenserint, nec ad ea vocati seu auditii fuerint, tametsi suorum indultorum, facultatum, vel privilegiorum vigore consentire, seu vocari semel, vel plures quoquo modo debuerint, aux ex alia quantumvis iuridica & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vito, aut intentionis nostra, vel interesse habentium consensu, aliove quodlibet, etiam quantumvis magno, ac fermali, & substanciali defectu, notari, impugnari, infringi, seu in controyeriam vocari nullatenus posse, sed semper & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus fortiri & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari.

§. 15. Sieque, & non aliter per quoscumque Ju-dices Ordinarios, vel Delegatos, quavis auctoritate, cari prædicti cum praeminentia, aut potestate fungentes & functuros, Decreto iri- etiam Cœsarum Palatii Apostolici Auditores, ac San-tanti. & Romanæ Ecclesie Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis ali- ter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 16. Non obstantibus Nostra, & Cancellariae Apostolicae regula de jure quæsito non tollendo, nec non aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac predicta Almae Urbis Nostre, ejusque Cameræ, & Magistratum Populi Romani, Statutis, usibus, stylis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Facultatibus, Indul-tis, seu Diplomatibus, quibuslibet personis sub qua-cumque forma, & expressione concessis; omniumque præmissorum, etiam juramento, vel Apostolica Au-toritate, seu quavis firmitate alia roboratis, confirmationibus, & innovationibus; quibus omnibus, & singulis, ad præmissorum effectum dumtaxat, illis alias in suo robore permanens, motu, scientia, & potestate predictis, amplissime ut præfertur, deroga-mus, & derogatum esse volumus, ceteraque con-trariis quibuscumque.

§. 17. Ceterum Diplomatum, quæ in concessione Diplomatum Civitatis, quæque in adscriptione Nobilium, expe-dienda erunt, exempla subjecimus; quæ quidem in forma statuta eadem invariabili forma Typis imprimi, & in fin-gulis respective casibus tum a Conservatoribus pro tempore Cameræ Urbis predictæ, tum etiam a Scri-ba Senatus Participante subscribi, & publico S. P. Q. R. signo muniri mandamus. Decretorum quoque in Nobilium Conscriptorum cooptatione confiendo-

ANNO
1745.

Clauſula
praefervati-
ver.

De omniis
judicandis
ad normam
juris, &
Conſtitu-
tio-
nem Apo-
ſtoli.

Familia Ro-
man. Pontif.
cum pro
tempore.
Nobilium
Ordini ad-
scribantur.

Aliquot Of-
ficio Nobili-
bus privative
Prioris Capitum Regionum Urbis, vel Magistrorum
conferenda Viarum, sive Consilium Artis Agriculturae, vel
demum Curatorum publicorum Edificiorum Urbis, Fa-
briciorum instauratorum, a Nobis institutorum, eli-
gatur & deputetur, neque in numerum quinquaginta
Consiliariorum Sede Apostolica vacante assumatur,
nisi de Civium Nobilium Romanorum superiori enu-
ciatorum, aut deinceps sive adscriptorum, Ordine &
cetera existat; Si judeci vero, qui a Conservatoribus

sindici ex-
prædictis in eorum Congregatione Economica pro
tempore eligi & deputari debent, consuetis modo &
forma extra-hantur ex praedita Nobilium Conscripto-
rum Urna, quam quidem subrogari mandamus loco
alterius cuiuscumque Urnae, seu Buffolo, hactenus
ad hujusmodi effectum exhibiti. Mandantes propterea
Ven. Fratri Nostro Annibali Episcopo Portuensi,

S. R. E. Cardinali Sancti Clementis nuncupato ejusdem
S. R. E. Camerario, neconon Dilecto Filio Nostro
Sylvio Tituli Sanctæ Prisca ipsius S. R. E. Pres-
bytero Cardinali de Valentibus etiam nuncupato Nostro
Secretario Status, ipsique Dilectis Filiis Conservato-
ribus Cameræ Urbis praeditæ, & Priori Capitum
Regionum, eorumque in praeditis Officiis &
Muneribus respective Successoribus, aliisque omnibus
& singulis, ad quos spectat, seu pro tempore spec-
tabit in futurum, ut in praefatis Electionibus &
Deputationibus, hanc Decreti Nostri formam præ
oculis habeant, & adamassim observent.

Mandata pro
premissorum
executione.

Nihil inno-
venit in re-
gimine Ur-
bis, & Ca-
mera Capi-
tol. &c.

ANNO 1745. rum authenticā exemplā, juxta aliam formam pariter infra subiectam, ab eodem Scriba Participante subscribi, eodemque publico signo firmari volumus, & jubeamus.

Diploma in creatione Civis Ro. §. 18. Forma igitur Litterarum seu Diplomatū in Creatione Civium Romanorum expedien, haec mani, est:

B E N E D I C T O X I V.

Pontifice Maximo sedente, Anno VI.

— Conservatores Camerae Almae Urbis Officiale erga Populum Romanum, utilemque Urbi Nostra affectionem, cuius non obscura ad hunc diem specificatio dedit N., congruis muneribus, & premis ornare decrevimus. Itaque placuit ipsum N., Filios, Posterosque ejus, in Civium Romanorum numerum cooptari: ipsum, filios, posterosque ejus Civium Romanorum Tabulis adscribi; eidemque tradi publicas Litteras, quarum auctoritate omnibus pateat, ipsum cum filiis, posterisque suis, studio nostro, iussu mandatoque Populi Romani, Civitatem nostra donatum, hujus Privilegium ergo, omnibus Civium Romanorum juribus cum ceteris Civibus aqua lege gaudere, in fide & clientela Populi Romani. Actum in Capitoliis Kalendis Oct. MDCC. O.c. — Nomina Conservatorum Camerae Urbis — N. N. Scriba Senatus.

Diploma in creatione Nobilis Ro. §. 19. Forma vero Diplomatū expedien, in receptione Civium Nobilium Romanorum talis est:

B E N E D I C T O X I V.

Pontifice Maximo sedente Anno VI.

— Conservatores Camerae Almae Urbis. Cum Magistratus Populi Romani N. N. O.c. & N. N. N. N. Nobiles Romani Conscripti, inquisitores sortito electi, convenissent in Aedibus Capitoliis, ibique verba facta essent de N. spectatis virtutibus, ejusque adfectione erga Populi Romani nomen multis argumentis testata, deque ejus Familia antiqua splendore certis monumentis comprobato, placuit uiraveris ipsius merita amplissimis Urbis Nostra honoribus cumulere. Quapropter sanctum est, ipsum N., Filios, Posterosque ejus in conspicuum Nobilium Romanorum Ordinem cooptari; publicasque Litteras prescribi, quarum auctoritate omnibus palam fieret, ipsum N. plenissima Romana Nobilitate donatum fuisse; eumque Nobilium

Romanorum numero habendum esse: ipse, filius, postisque ejus licere omnibus Nobilium Romanorum iuri bus, honoribus, muniis, ac privilegiis frui, & gaudere. Ut quacumque ad hunc diem ab ipso, ejusque Majoribus prodierunt praeclare consilia, atque facinora, haud dissimilia bis in posterum ab eodem, ejusque Familia, ad Urbis Nostra utilitatem, & decus perpetuum, conferantur. Actum in Capitoliis Kalendis Oct. MDCC. O.c. Nomina Conservatorum Camerae Urbis — N. N. Scriba Senatus.

§. 20. Forma demum Decretorum expedien, in cooptatione Civium Nobilium Conscriptorum Urbis Roma est, quæ sequitur videlicet: Kalendis Oct. MDCC. O.c. In Aedibus Capitoliis: Quod Nobiles Romani Conscripti N. N. N. N., inquisitores sortito electi, cum Magistratibus Populi Romani verba fecerunt de N. Nobili Romano cum Filiis Posterosque ejus inter LX. Nobiles Conscriptos cooptando, in locum Familia N. pridem extincta: quod ipsius N. specata virtus, ejusque Familia antiqua, & probata Nobilitas postulare visa est: D. E. R. I. C., ut auctoritas perficeretur, qua idem N. in numerum LX. Nobilium Romanorum Conscriptorum adlegetur: eoque numero deinceps esset: liceretque ei Nobilium Conscriptorum Privilegium frui, & publica ejusdem Collegii munia obtine: Ut ipse, filii, posterisque ejus tempore de Patria bene mereri pergant, Populi Romani nomen augeant, Urbis Nostra utilitates dignitatemque, opera, consilio, fide tueantur — N. N. Scriba Senatus.

§. 21. Nulli ergo omaino Hominum liceat paginam hanc nostrarum Constitutionis, ordinationis, adscriptionis, prohibitionis, derogationis, Mandati, Decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo quinto, pridie Nonas Januarii, Pontificatus Nostræ Anno Sexto.

D. Cardinalis Passioneus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

L. Eugenius.

Loco * Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

N. IX. tur Missiones, ut per veram peccatorum paenitentiam obsecraciones, & vota fiant coram Deo magis accepta, & unusquisque ad Sancte Indulgentiae frumentum percipiendum magis apius ac paratus accedat, Cessabunt Sacrae Missiones pridie Festum CONCEPTIONIS Virginis Immaculatae, in quo solemnis die Nos Cappellam Pontificiam in Liberiana Basilica haberi voluntus. Quod quidem non hoc anno tantum, sed singulis quibusque annis fieri mandamus; ac precipimus, ut Cappella haec Pontifica in honorem Immaculatae Virginis quotannis celebranda ceteris annis meretur, ut nimur ipso Beatissima Virgo a Deo pro Nobis implorare dignetur, quod petimus; siueque patrocinio non minus Catholicam Religionem, quam hanc Apostolicam Sedem benigne tegere velit, ac fovere. Hoc Vobis significandum esse censimus.

Sequitur Decretum de Cardinali, a quo Missarum solemnia dicta die celebranda sint.

Cum Sanctissimus Dominus Noster BENEDICTUS PAPA XIV. in Secreto Consistorio diei 26. Mensis Novembris proximi præteriti alloquitionem haberet Eminentissimis Patribus, qua publicas in Urbe indictas preces, ut Pater misericordiarum Deus sua vota respiqueret, quæ ad Racem Christianorum Principum, & ad optatam Orbis tranquillitatem unice tendant, significavit, Eosdemque Missionibus in variis Urbis Ecclesiis distributis certioratos reddidit, ut quisque Fidelium per veram peccatorum paenitentiam Plenaria, quam indulxit, Indulgentia fructum ubiorem perciperet, nec non ut B. Mariae Virginis Intercessione, cuius CONCEPTIONIS Festum immipebat, feroventius Urbs tota depositeret, singulis annis in Basilica Liberiana Pontificiam Cappellam, ipsa recurrente CONCEPTIONIS die, perpetuo habendam decrevit. Ut autem de Cardinali celebrante in predicta sua instituta Cappella in futurum consuleret; Pontificum Predecessorum suorum exemplo, qui in recurrentibus anni solemnitatibus Missas celebrandas nonnullis S. R. E. Cardinalibus, quibus vel ordinis, vel munieris ratione id congrue competere videbatur, assignarunt, a Cardinali pro tempore Burghesiani Sacelli Protectore singulis annis die Fefto CONCEPTIONIS B. Mariae Virginis, sive dicta Cappella Papalis in Liberiana Basilica, sive propter obtineniens aliquod impedimentum in Palatiis Apostolici, vel Vaticani, vel Quirinalis, publico respectu Sacello habeatur, semper, & ubique Pontificalem Missam fore concinendam, statuit. Hanc vero Sanctissimam suam voluntatem, perpetuis futuris temporibus valitaram, idem Dominus Noster sua viva voce oraculo in Diariis redigendam, ac in forma Decretri publicandam, ubi necessitas expostularet, ex injuncto mihi officio demandavit. In quorum omnium, & singulorum fidem presens hoc documentum proprio charactere subscriptum, solitoque sigillo munitum dedi Romae die 3. Decembris 1742. ejusdem Sanctissimi in Christo Patris Pontificis III.

Ignatius Reali Apostolicis
Ceremoniis Praefectus.

N U M. X.

Ad Consit. CXIVI, fol. 364.

ADMISSIO.

Nonnullarum Familiarum inter alias Civium Nobilium Romanorum.

S. P. Q. R.

CUM post editam Sanctissimo Domino Nostro Domino BENEDICTO PP. XIV. Constitutionem, quæ incipit Urbem Romam sub datum Roma apud S. Mariam Majorem die 4. Januarii 1746. porrectus fuerit Sanctitati Sue per Illustrissimos & Excellentissimos Dominos Almae Urbis Conservatores libellus supplex nomine aliquarum Nobilium Familiarum, quæ Magistratibus Capitolinis perfundæ, in enumeratione Familiarum, quæ in antedicta Bulla ad Romanam Nobilitatem adsciscabantur, fuerant prætermisæ; Placuit Sanctitati Sue dictis Dominis Conservatoribus rescribere, Constitutionem non obstat, quin immo consentaneum esse menti, & voluntati Sanctitatis Sue, ut Familia prædictis honoribus olim perfundæ, demonstrata Personarum nunc existentium descendentia, absque aliis Nobilitatis probationibus Nobilium Romanorum libro adscribantur, prout de his omnibus constat ex dicto supplie libello cum rescripto ex Audientia Sanctissimi die 12. Januarii 1746. in Tabulario secreto Excellentissimæ Cameræ Capitolinae asservato, ad quod &c. In horum igitur executionem, præviis probationibus ad formam supradicti rescripti fuerunt usque adhuc plures Familia de mandato Illustrissimorum & Excellentissimorum DD. almae Urbis Conservatorum per me infra scriptum Sacri S. P. Q. R. Scribam in albo Nobilium Romanorum adscriptæ, nempe de anno 1746. die 25. Januarii Familia Bonadies, & Boncompagni, die 5. Octobris Familia Gherardi, die 14. Decembris Familia Mazzini; De anno vero 1747. proxime clauso die 30. Maii Familia Ognani, die 30. Augusti Familia Orsini, & die 2. Martii currentis anni 1748. Familia Mazzanti. De quibus omnibus plenissime constat ex publicis documentis in Tabulario secreto Excellentissimæ Cameræ Capitolinae asservatis, nec non ex libro Decretorum penes me Scribam Senatus infra scriptum existente. Insuper attentis probationibus in prælaudata Bulla decretis coram quatuor ex Illustrissimis Nobilibus Conscriptis scrutatoribus singulis vicibus fortito electis per authenticæ documenta peractis, fuerunt aliquæ Familia in hujusmodi Nobilium Romanorum Ordinem per secretæ suffragia cooptatae, nimis de anno 1746. die 21. Iulii Familia Ronconi, die 10. Novembris Familia Panimolle, ac de anno proxime præterito 1747. die 30. Januarii Familia de Carticella, & die 25. Maii Familia de Lavinis. De quibus pariter fatus superque constat ex publicis Diplomatibus, ac Scripturis in prædicto Tabulario secreto Excellentissimæ Cameræ Capitolinae repositis, ac etiam ex libro præfato Decretorum penes me asservato. Ut autem de his omnibus & singulis veritas ubique pateat, has præsentes Literas manu mea subscriptas, & solito, quo utor, Sacri S. P. Q. R. Signo munitas dedi, ac publicavi requisitus. In quorum fidem &c. Ex Capitolio anno ab urbe condita 2498. Ab Orbe autem redempto 1748. Quartæ non. Martii.

Hæc est Virginius Cincius
S. P. Q. R. Scriba.

Loco * Sigilli.